

primo, qui debet esse principium totius generis humani: sicut semen prolificum ad perfectionem hominis generantis pertinet: non ut Individuum particulare esse, sed quatenus speciei propaganda capax. Et sicut semen sine dolore immo delectabiliter decidit: ita costa illa absque dolore fuit extracta. Ita respondet S. Th. 1. p. q. 92. a. 3. ad 2. Costa illa (inquit) fuit de perfectione Adae non prout erat Individuum quoddam, sed prout erat principium speciei: sicut semen est de perfectione generantis, quod operatione naturali cum delectatione resolvitur. Unde multo magis virtute divina corpus mulieris potest de costa viri formari absque dolore. Ex quo sequitur: costa illa detracta, manens non fuisse Adamum, cum ad integritatem corporis ipsius non pertineret, & Deus loco, unde fuerat detracta, carne repleverit: ut dicitur v. 21. c. 2. Tullius unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea.

XVI. Objicitur quinto. Chrysostr. homil. 15. in Gen. Ne (inquit) humano more accipias qui dicuntur: sed crassa verba dicitur humana imbecillitatis, convenire cogites: ergo non potest dici metaphorice accipiendi sunt.

Respondet, liquere ex contextu: Chrysostr. monere, ne audiendo verba illa, & accipias, seu tulle unam de costis ejus colligerent hinc, Deum habere manus & alia membra corpora, ut putabant Audeant, seu Antropomorphitae: non vero negasse veritatem facti, nempe costam vere fuisse extractam & ex ea formatam mulierem, immo hoc expresse ibi fatetur.

DUBIUM VIII.

An Adam vere dormierit: & quando ex illa costa potuerit mulier formari?

S. I.

De sopore immisso in Adam.

I. Soporem illum, quem Deus immisisse dicitur in Adam Gen. 2. v. 21. fuisse verum somnum sentiunt omnes: naturalem quidem quantum ad rationem & essentiam, quamvis non fuerit naturalis quantum ad causam: non enim ex fatigatione, aut ex fumis ascendentibus ad caput processit, sed divina virtute fuit immisus: unde dicitur: Immisit Dominus soporem in Adam. Quare pro sopore Aquila, & Symmachus in suis Versionibus eas voces adhibuerunt, quae altum, & profundum somnum significant. Unde Vulgata nostra Adam vere dormivit dicit, cum autem obdormisset.

II. Causam vero, cur Deus Adamum somno tradiderit, existimat S. Joann. Chrysostr. homil. 15. in Gen. hanc fuisse: ne ex tali extinctione dolorem conciperet, aut subinde trillitiam, videns, se tali parte corporis sui privatum: ac mulieri ex se formatae doleris causa inferens esset: Itaque, ne se illum in asserendo, dolere, neque ob ablationem, tristitia afficeret, utraque se ab se suspensavit, ut & circa cruciatum illius puererit: & impleto ex loco, unde absculverat, factorum sensum percipere non timeret. Hanc eandem causam attulerunt Epiphanius Hares. 48. & Bernardus serm. 1. de septuaginta. Quamvis, ut superius diximus, non dubium est, quin de vigilante costam extrahere potuerit sine dolore.

Alie praeerea rationes afferri possunt. Vel quia sic res futura erat credibilior: vulgus enim facilius credit, dormienti, quam de vigilante ereptam fuisse costam. Vel quia sic praestigiarum volebat Ecclesiam de latere Christi velut dormientis produendam: ut observat Aug. tract. 9. in Joann. dicitur: Dormiens Adam, ut fuit Eva: mortuus Christus, ut fuit Ecclesia. Dormiens Adam fuit Eva de latere: mortuus Christus praeparavit Ecclesiam, ut profana Sacramenta, quibus formaretur Ecclesia. Idem dicit tract. 15. & 120. in Joann. Non tamen ita, ut Christus mortuus mereretur, quod ex suo latere formaretur Ecclesia: sed ita, ut ex Christi mortui latere prodierint Sacramenta, quibus edificaretur Ecclesia.

III. Somnum tamen illum, quem Dominus immisit in Adam, fuisse conjunctum cum extasi, censent plerique, quia septuaginta Interpretes pro somno Extasim verterunt. Volunt itaque, Adamum ita fuisse soporatum, & a sensibus alienatum, & corporis alienatum, ut nihilominus mente viderit, costam sibi eripi, carnem suppleri, & ex costa mulierem formari: ac intellexerit mysterium, cui eo factu praeledebatur, nempe formationem Ecclesiae ex Christi latere: & propterea Adamum fuisse primum prophetam. Immo volunt aliqui, eum in illo sopore vidisse divinam essentiam in raptu. Unde D. Th. 2. p. q. 94. a. 1. ubi quaerit, an primus homo divinam essentiam viderit: & resolvit negative: addit tamen: nisi forte, dicitur, quod viderit eum in raptu, quando, Deus immisit soporem in Adam, ut dicitur Gen. 2.

IV. Hanc Adami extasim fatetur August. 1. p. Genes. ad lit. c. 9. dicens: Ac per hoc etiam illa extasim quam Deus immisit in Adam, ut soporatus obdormeret, recte intelligitur ad hoc immissa, ut & ipsius mens per extasim participaret heres tamquam angelica curia, & intravit in Sanctuarium Dei intelligeret in veritatem. Describit extasim, tamquam prophetia plenus, cum ad se adductam extasim mulierem suam videret, eructavit contentum, quod magnum Sacramentum commendat. Apostolus: Hoc nunc os ex ossibus meis &c. Hoc idem fatetur Hieronymus l. 1. quae Hebraic. in Genes. Legens: Et misit Dominus Deum extasim super Adam. Et Chrysostr. hom. 15. in Gen. Quibus accedit S. Bernardus serm. 2. de septuag. & S. Th. quae. 13. de Part. a. 2. ad 2.

S. II.

Modus quo ex costa viri Eva formata fuit.

V. Dimittenda cum irrisione, sicuti fabula, narratio quam tamquam ex Platone referit Eusebius lib. 12. Praeparat. Evang. c. 12. de primi hominis natura: nimirum primum hominum masculum simul & feminam: seu Androgynum, vel Hermaphroditum fuisse habentem corpora viri & mulieris: exteriori dorso & service unum invicem, & colligata: quae Jovis mandato divisa, univice se praesentaverint, factique hoc modo sine vir, & mulier distincti, Ajaberentim: Neque eadem, qua nunc est, natura olim nostra fuit, sed longe diversa. Primum enim genera hominum fuerant omnino tria, non duo tantum, ut sunt hoc tempore, mas, & femina: sed tertium insuper erat cum utraque commune, quod nudo tantum relicto nomine profus evanuit. Tum enim Androgynum erat tam forma quam nomen ex utroque maris, ac feminae seu confusum. Hinc . . . Juppiter bifariam hominem fecit &c. Et quod peius est: veterum Rabinorum aliqui hanc fabulam auctoritate Scripturae munite coati sunt. Ad hanc potest respicere S. August. 1. 3. de Gen. ad lit. c. 22. qui postquam ait Gen. 1. v. 27. dicit: fecit (hominem) masculum, & feminam: non putaret tunc animam solam, esse factam, & non etiam corpus subjungit: rursus ne quisquam obtraheret, ita factum, ut in homine singulariter uterque sexus exprimeretur, sicut intermixtum nascitur, quos androgynus vocant, ostendit, se singulariter numerum propter conjunctivam unitatem possuisse & quod de viro mulier facta est. . . & ideo pluraliter numerum continuo subiicit, dicens fecit: (seu creavit) eos, benedixitque illis.

Dimittenda quoque est anilis Judaeorum fabula dicentium, duas mulieres Adam Deum condidisse: quam D. August. irridet l. 2. contra Adversar. Legis, & Prophet. c. 1. Cum enim Marcionita viri Manichaeus quidam, contra quem ibi scribebat, conaretur ostendere prophetias literas etiam ab Apostolis condemnari, & praecipue a D. Paulo 1. ad Timoth. 4. v. 7. profanas & aevae fabulas devotas. Et c. 1. v. 4. ne intendas fabulis Judaicis & gentilitatis insidias, quae quosdam praesentis magis, quam adhaerentiam: respondet, Paulum ibi damnare traditiones quaedam Judaeorum non scriptas, plenas fabulis, & praecipue illam, quae dicebant, Deum duas mulieres Adae condidisse: nescit autem (inquit) habere praeter Scripturas legitimas & propheticas, Judaeos quasdam traditiones suas, quas non scriptas habent, sed memorias tenent, & aliter in aliorum loquendo transmittit, quae deorsum illis secundum post Scripturas locum tenent) vocant: ubi etiam dicitur audire, & credere, Deum primo hominem duas creasse mulieres: ex quibus sexus generatilis, vero, sicut ait Apostolus, insinuat, partem per insensibilissimas quosdam.

VI. Sed ad praesentem quaestionem redeamus. Quomodo scilicet ex parva costa potuerit corpus mulieris edificari, adhibendum potius credit Chrysostr. homil. 15. in Gen. quam curiosius inquirendum. Quid ergo (inquit) illi dicitur hereticis, qui omnia curiosius explorare volunt? . . . Unam costam, inquit, accepit, & quomodo ex hac unica costa totum animal formavit? Et quid dico, quomodo ex hac una animal formavit? Dic observo quomodo ablatis facta? Quomodo Adam cum asseretur costa, non sensu? Sed nihil horum dicere poterit. Unus enim tantum scit, qui est ipse Creator &c. congruenter tamen, & conjugaliter loquendo.

VII. Dico. Verosimile esse, ex costa illa per additionem novae materiae conversae in ipsam auctam, factum, seu adificatum fuisse corpus mulieris. Ita tenet S. Th. a. 3. hujus q. 92. ad 1. Ubi hinc quaerito respondens, postquam ait, non potuisse hoc fieri per refectionem, seu extensionem quantitatis illius costae: quia corpus mulieris non habuisset soliditatem convenientem humano corpori: nec alio modo, nulla facta materiae additione, concludit: necesse est ponere additionem materiae, vel per creationem, vel (quod probabilis est) per conversionem. Unde August. dicit super Joann. (tract. 24.) quod hoc modo Christus ex quinque panibus factis: quibusque nullis hominum, quomodo ex panis: granis producit: multitudinem septuaginta, quod se per conversionem alimentis. Hinc doctrinae concordant, quae scribit in 2. Sent. dist. 18. q. 1. a. 1. ubi relata opinione volente, costam auctam fuisse per additionem materiae de novo creatae, subdit: verum tamen videtur, quod per additionem materiae praesentis hoc factum fuerit, cum omnia simul fuisse creati, ad mirum in materia, Sancti communiter tradant. Et 3. p. q. 44. a. 4. ad 4. multiplicatio panum (inquit) non est facta per modum creationis: sed per additionem extraneae materiae in panem conversae. Idem ergo dicendum est de formatione, Evae ex costis.

VIII. Dico. Ergo mulier dici debet potius formata ex illa materia addita, quam ex costis: cum ex illa pro majori parte fuerit formatum corpus mulieris.

Nego confecto. Nam primo aliqui volunt, materiam illam fuisse prius conversam in costam, quam in corpus mulieris: & ad hanc conversionem, latentem quamdam virtutem, sicut in semine, fuisse in costa illa. Vel quia costa primo, & principaliter fuit assumpta, & electa, ut ex ea tamquam ex fundamento, & primo principio formaretur corpus mulieris: reliqua vero materia fuit quae accessorium, & se habens per modum supplementi: unde & ad costam localiter est adducta, non costa ad illam. Per additionem vii exterioris (ait S. Th. in 2. dist. 18. q. 1. a. 1. ad 2.) ex costa corpus mulieris factum est: nec tamen oportet, quod ex illa abscisso corpus mulieris factum dicitur, esse se amplius in quantitate, quia illud abscissum non venit in unum mulieris, nisi mediante conversione.

son tom. 8. Hist. Eccles. par. 1. Collog. 3. pag. 166. Tandem Auber villi Parisios in Fide Catholica doctus.

S. II.

Error Praedamitarum resollitur.

III. Dico. Afferere ante Adamum alios fuisse homines, seu Praedamitas, error turpissimus est. Probo. Quia everit totam Scripturam divinam. Primo. Nam Genes. 1. ver. 1. describitur creatio Caeli, & terrae, & diebus succedentibus productio omnium, quae sive in Caelo, sive in aquis, sive in terris sunt, sunt, sexta tandem die ver. 27. dicitur: & creavit Deus hominem ad imaginem suam, eique omnium tradidit dominatum. Cum ergo ante creationem Caeli, & terrae fuerint creati homines: nec ante hominem ibi formatum creati fuerint alii Caeli, & alia terra, dicendum est, quod homo ibi formatus, fuerit primus, ante quem nullus alius homo formatus fuerat.

IV. Respondet Auctor systematis Praedamitici, hominem, cujus formatio narratur cap. 1. Genes. non fuisse Adamum primum harentem divinum: hujus enim formatio legitur postea (capit. 2. ver. 7.) sed fuisse alium ante Adamum, ex quo Praedamitae fluxerunt. Hujus autem progeniem omisit Moyses: quia ejus scopus erat solum gentis Judaeorum, ex qua ipse erat, originem, & propagationem describere.

V. Sed contra. Nam formatio hominis, quae legitur in secundo capite, non proponitur tamquam res de novo facta: ita ut sit homo alius, & diversus ab eo, qui legitur formatus in primo capite: sed est quaedam recapitulatio, & magis distincta explicatio formationis ejusdem hominis, qui quasi compendio indicatus fuerat in primo. Cum enim in primo solo dixisset, quod Deus hominem fecerat ad imaginem suam, masculinum, & feminam: in secundo accuratius describitur utriusque formationem, modum exponens, quo fecit utrumque, nempe masculinum de limo terrae, inspirando in faciem ejus spiraculum vitae, & feminam de costa viri ab eo dormiente extracta. Et hoc colligo, tum ex verbis, quibus inchoatur descriptio cap. 2. ver. 7. nempe: Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae: ubi ly igitur denotat eam narrationem esse consequentem, & relativam ad formationem, quam cap. 1. indicaverat. At si diceret: homo ille, qui, ut supra dictum est, factus fuit ad imaginem Dei, factus fuit hoc modo, nempe de limo terrae, & similiter de femina. Alioquin quomodo verificaretur, quod dicitur cap. 2. ver. 2. quod requiritur (Deus) die septimo ab universo opere quod paravit, si statim aliud opus, & quidem praecipuum, formationis nempe Adam & Evae, aggressus fuisset?

Deinde ille homo fuit primus omnium, de quo Gen. 1. ver. 27. dicitur: & creavit Deus hominem ad imaginem suam &c. sed hic fuit Adam: ergo &c. Min. probatur. Nam ibi cap. 5. ver. 1. dicitur: Hic est liber generationis Adam. In die quo creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. (ver. 2.) Masculinum, & feminam creavit eum: & benedixit illi: & vocavit nomen eorum Adam, in die, quo creatus fuit: quae verba repetunt, & accommodant Adamus verba dicta de homine formato capite primo.

Tertio. Si Adam non fuit primus, sed ante eum facti fuerant alii homines, cur ante formationem Adami dicitur cap. 2. ver. 5. Homo erat, qui operaretur terram? nonne fuissent homines Praedamitae? Rursus: cur eodem cap. ver. 19. dicitur, quod cum Deus creasset omnia animalia, addidit ea ad Adam, & videret quid vocaret ea? Quorum potius ad Adamum adduxit, quam ad Praedamitas? Nunquid huius, si fuissent, omnia animalia anonyma reliquisset? credibile est? Nulla certe alia potest assignari ratio: nisi quia tunc Adamus solus erat homo in terra: & ideo addidit ver. 20. Adde vero non innotuitur adjutor similis illi, & erat ille primus: propter quem animalia facta fuerant, & qui cap. 1. ver. 28. tradiderat dominatum super ea.

VI. Probatur secundo principaliter. S. Paulus ad Cor. 15. loquens Atheniensibus de Deo, qui fecit Mundum & omnia, quae in eo sunt ver. 26. ait: factique ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terra. Et si igitur ex uno fecit Deus non gentem solum Judaeorum, sed omne genus hominum: iste autem unus D. Paulo alius esse non poterat, nisi Adam, cujus solius liber generationis, & ab ipso propagationis liber extabat: ergo &c. Alioquin si alius fuisset primus patens, ex quo Judaei, & ex quo ori fuissent Gentiles, factum dixisset Paulus: & de facilitate a doctis illis Atheniensibus correptus fuisset, vel non auditis, uti conigit cum cepisset esse de resurrectione mortuorum loqui quam non credebant. Unde dicitur ibi ver. 22. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam vero dicebant: audiamus te de hoc iterum. Persuasum igitur erat, tam Judaeis, quam Gentilibus, non ex uno Gentiles, ex alio Judaeos, quam omne genus humanum ab uno traxisse originem, & hinc esse de Adamum, cujus propterea uxor dicta fuit Eva, & quod mater esset cunctarum viventium. (Gen. 3. ver. 20.)

VII. Probatur tertio ex Apostolo 1. ad Cor. 15. ubi comparans Adamum Christo ver. 45. factus est (inquit) primus homo Adam in animam viventem. Et ver. 47. primus homo de terra terrenus, secundus homo de Caelo Caelus. Cur autem dixisset primus homo de terra factus Adam, si ante illum fuissent alii homines: si esset primus non omnium viventium, sed Judaeorum tantum: cur comparasset primum secundo Adae, si cum ille sit absolute primus, per quem omnes homines vivunt in spiritu, ille non esset absolute primus, per quem, & ex quo omnes homines vivunt in carne? Merito igitur 649. 10. ver. 1. dicitur.

sa, sicut etiam monstrum materia embryonici dicitur, quamvis operatur etiam ex cibo coactis corpus embryonem majorem quantitate assumere. Porro non solum costam, sed costam cum carne Deum ex Adamo extraxit, indicant verba Adami, muliere jam formata, dicitis cap. 2. ver. 23. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.

IX. Quaerit: cur in humana specie femina facta fuerit ex viro: cum in aliis animalibus ita factum non sit? Respondet D. Thom. par. qu. 92. art. 2. conveniens fuisse: primo, ut in hoc quadam dignitas primo homini servaretur; ut secundum Dei similitudinem esset & ipso principio suo speciei, sicut Deus est principium totius Universi, Unde & Paulus dicit Act. 17. quod, Deus fecit ex uno omne genus hominum.

X. Secundo. Ut vir magis diligeret mulierem, & ei inseparabiliter inhaerent, dum cognosceret, eam esse se esse productam. Unde dicitur Genes. 2. De viro sumpta est. Quomobrem relinquit homo patrem, & matrem, & adheret uxori suae. Et hoc maxime necessarium fuit in specie humana, in qua mas, & femina communicant per totam vitam, quod non contingit in aliis animalibus.

XI. Tertio. Quia, ut Philosophus dicit in 8. Ethic. (cap. 12.) mas, & femina conjunguntur in hominibus, non solum propter necessitatem generationis, ut in aliis animalibus, sed etiam propter domesticam vitam, in qua sunt aliqua opera viri, & feminae, & in qua vir est capax mulieris. Unde convenienter ex viro formata est femina, sicut ex suo principio.

XII. Quarta vero est ratio Sacramentalis. Figuratur enim per hoc, quod Ecclesia a Christo fuit principium. Unde Apostolus dicit ad Eph. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.

XIII. At inquires. Si mulier facta fuit, ex esse adjutorium viri ad generationem, non debuit formari ex illo: nam sic habuisset maximam ad ipsum propinquitatem, nimia autem propinquitas excludit invicem a Matrimonio, Levit. 18.

Sed respondet Div. Thom. allegat loco ad 3. quod propinquitas, quae Matrimonium impedit, contrahitur ex narata li generatione, maxime inter patrem, & filium. Sed mulier non est producta a viro per naturalem generationem, sed sola virtute divina; unde Evam non dicitur filiam Adae, Ex quo fit, Adamum nullam actionem habuisse ad formationem Evae, sed hanc immediate fuisse a Deo formatam. Homo enim solum ex determinata materia alium sibi similem in specie facere potest, nempe ex femine humano viri, vel femine: solus autem Deus qui est natura inspirator potest naturae ordinem res in esse producere. Et ideo solus Deus potuit vel utrum de limo terrae, vel mulierem de costa viri formare. Ita Div. Thom. qu. 92. citata art. 4.

XIV. Quare autem de viro lateat, & costa formata mulier fuerit potius, quam ex alia parte: Rationem dat Div. Thom. eodem qu. 92. art. 3. Primo: ad significandum, quod inter virum, & mulierem debet esse specialis conjunctio. Neque enim mulier debet dominari in virum: & ideo non est formata de capite. Neque debet a viro despicui tamquam servitior. Subjuncta: & ideo non est formata de pedibus. Secundo: propter Sacramentum; quia de latere Christi dormientes in Cruce fuerunt Sacramenta, id est Juxta, & aqua, quibus est Ecclesia instituta.

DUBIUM IX.

An Adam fuerit omnium hominum simpliciter primus; an vero fuerint alii homines ante ipsum?

S. I.

Praedamitarum Fabula.

I. Adamum fuisse primum simpliciter hominem a Deo procreatum, ita ut ante ipsum nullus in toto genere humano existerit, agoverunt omnes, & Hebraei, ut ex Philone lib. de mundi opificio, & Josepho Antiquit. Judaic. lib. 1. cap. 2. & etiam Christiani: ita ut nemo, quem sciam, hoc in controvertiam vocaverit. Quare Div. Augustin. tract. 9. in Jo. hoc velut indubitatum proponens, in ipsi (inquit) Mundi exordio, Adam & Eva praesens omnium gentium oras, non tantummodo Judaeorum: & quidem figurabatur in Adam de Christo, ad omnes autem gentes pertinet, quibus salus est in Christo.

II. Ab hac tamen communi, & perpetua confessione resillit anno 1655. Isaacus Percyus Calvinista quidam natione Gallus, qui inter alios errores auctus est asserere. Adamum fuisse duntaxat primum parentem Judaeorum, quorum historiam Moyses in libro Genes. describendam suscepit, sed non fuisse primum parentem Gentium; ac subinde ante ipsum alios homines a Deo creatos fuisse, quos vocavit Praedamitas. Ut fabulam suam pervulgaret, duos edidit libros; unum, cui titulus: Praedamitae, seu exercitio super versos 12. 13. & 14. capiti 5. Epistolae ad Romanos: alterum, quem inscripsit: Systema Theologicum ex Praedamitarum hypothesis. Videns tamen, se hujus sui fabricati somni, nedum ullum nancisci Patronum non posse, quin ab omnibus vel scriptis, vel sibilis explodi: post varios casus facti, & dicti, divino adjutus lumine falsitatem tandem agnoscent, poenitentia ductus, Romae, fedente Alexandro VII. veniam postulat accessit anno 1657. ubi & Praedamitarum inventum, & Calvinistarum Seditam ejuravit publica epistola ad Philolum directas: in qua rationes exponit, ob quas, & Seditam Calvinum, quam imberber, & librum de Praedamitis ejuravit. Et insuper ad calcem praefatae Epistolae atrox libellum supplicem, quem Romano Pontifici porrexit, & in quo ipse Praedamitarum systematis palinodiam sincera animo canit, quam describit noster P. Grave-

dicunt Adam primus Pater Orbis terrarum: Hic (Sapientia increata) illum, qui primus formatus est a Deo Pater Orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, & eduxit illum a deserto suo. Eodem supra citato textu Pauli ex 1. ad Cor. urgebat S. Augustinus Manichæos, qui nescio quem primum hominem proferebant (Lib. 2. contra Faustum tom. 3.) qui ad gentem tenebrarum debellandam de lucis gente descendit: Adam vero, & Evam, dicebant ex principibus tenebrarum genitos (ut lib. de Natura boni cap. 46. & lib. de Hæres. cap. 56.) sic inquam eos urgebat lib. 2. contra Faustum cap. 3. Non novit Apostolica doctrina primum hominem vestrum. Audite Apostolum Paulum: primus homo, inquit, de terra terrenus. Hæc certe in auctorem Præadamitarum repeti possunt: non novit Apostolica doctrina primum hominem tuum Præadamitarum parentem. Audite Apostolum Paulum: primus homo de terra terrenus.

VIII. Probatur quarto, & quidem fortius ex eodem Paulo ad Rom. 5. ver. 12. dicente: Propter unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit, & per peccatum mors, & in omnes homines mors pervenit, in quo omnes peccaverunt. Iste unus homo, per quem peccatum in hunc Mundum, & in omnes intraverunt, & in omnes peccatum fuit, & in quo omnes peccaverunt, fuit Adam; unde ibi ver. 14. dicitur: Per unum hominem Adam. Porro si Adam censendus est primus, & pater Judæorum tantum, & non omnium hominum, quomodo omnes, & singuli omnium ceterarum nationum in eo peccaverunt, & peccatum, mortemque contraxerunt, si non omnes, & singuli originem ab eo traxerunt? Quomodo libes illa, cui naturæ morbus, in omnes pertransiit & in omnes mors tantum pœna; si non omnes per propaginem ab eo acceptam naturam?

IX. Scio, fabulæ Præadamitice Patrum dicere, ad hoc, ut omnes Adami peccato inficerentur, necesse non fuisse, ut omnes naturali propagatione ab eo descenderent; sed ut omnes communioni quadam politica ei conjungerentur: & hujusmodi varia ex Scripturis conatur afferre exempla, quibus altiorum peccata, vel filii, vel subditi portaverunt.

X. Sed contra primo. Omnia exempla, quæ afferri possunt eorum, qui propter aliena peccata puniti fuerunt, vel fuerunt filii, vel subditi, vel aliqua affinitatis connexionem juncti cum illis, qui peccaverunt. At cum Adam peccante, quam connexionem habuissent Præadamitæ, quibus nulla affinitas cum Adam solius Hebræicæ Gentis parente, nullam ab eis originem trahente, nulla eis affinitate juncto, sed a Deo immediate limo formato?

Rursus: invenientur quidem homines, qui alieni peccati poenam portaverunt: at homines, qui nascuntur, vel nati sint alieno peccato fordidi, ubi invenientur? Et tamen ob peccatum Adami omnes homines, nedum ex Hebræis, sed ex gentibus quibuscumque, nascuntur peccato infecti.

XI. Respondet, homines dici peccatores imputatione peccati Adami, sicut imputatione fidei Abrahami dicitur fideles; & imputatione justitiæ Christi homines dicuntur justitiam societatis, & communionis mysticæ.

XII. Contra tamen est primo. Nam a doctrina Catholica alienum est, quod sola imputatione justitiæ Christi filii sumus, & non justitia nobis inherente, ut statuit Tridentinum Sess. 6. can. 11. aut sola peccati Adami imputatione peccatores constitumur, & non peccato quod licet sit origine unum, fiat tamen nascendo unicuique proprium, ut statuit Concilium Sess. 5.

Secundo. Si sola imputatione, & non propagatione peccatum Adami ferret, nullum, non esset verum, nos nasci peccatores. Sicut enim fides non nascitur nisi, quos fides Abrahami imputatur; nec etiam taxaturus justitiam homines omnes, quibus justitia Christi imputatur, sic nec sola peccati Adami imputatione, omnes homines nascuntur peccatores, aut natura filii iuxta dici possunt; nec magis diceretur originale peccatum propter Adami, quam originalis fides propter Abrahamum, & originalis justitia propter Christum.

XIII. Tertio. Si eo modo fuit homines peccatores per Adamum, sicut fideles per Abrahamum, & per unionem cum illo, qui omnium credentium fuit Pater, seu exemplar; ergo sicut Abraham dicitur caput credentium, & fideles dicuntur membra illius, quod quidem erroris monstrum in Pelagio confixit Ecclesia. Rursus: conjunctio, quam habent Justitiam cum Christo est conjunctio membrorum cum suo capite, Fidei justitiam, Redemptorem. Quæ, quam conjunctio habere possent in systemate Præadamitico Gentiles cum Adamo; si Pater, & caput tantummodo Judæorum fuisset, ut, peccate ipso, omnes aditus per imputationem peccatores constituerentur?

XIV. Tandem. Cum ex peccato Adami, teste Paulo, mors in omnes homines pertransierit; quomodo mors pertransiit etiam ad eos, qui nulla naturæ, sed sola mysticæ, aut politica unionem cum Adamo junguntur? Dicere enim mortem non esse per peccatum inducendam, sed Adamum, etsi non peccasset, ejusque Possessor fuisse mortuos, est aperte contradicere. Paulo dicitur Roman. 5. ver. 12. Per peccatum mors. Et cap. 6. ver. 23. Stipendium enim peccati, mors; & insuper Pelagianis consentit, qui idem sentiebant, quos in hac parte impugnat S. Augustinus lib. 1. de Peccatorum Meritis, & remissionis cap. 11. & confixit Concilium universale Africæ Carthagine celebratum anno 418. quibus Canonibus sub Concilio Milevitano titulo continentur: quorum primus statuit, ut quicumque dicitur, Adam primum hominem mortalem factum; ita ut, si peccasset, si non peccasset, moreretur in corpore; hoc est

de corpore exire, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit. Quod anathema reperitur Concilio Arausico. II. anno 529. Can. 1. & Trid. Sess. 5. Can. 1. In quo errorum monstrum devorare cogebatur, ut suam tueretur fabulam, Præadamiticus Auctor. Nunc videamus, quibus momentis ducebatur.

S. III.

Præadamitarum fundamenta eversa.

XV. Objiciebat primo Præadamiticus fabulator aliquos Genesius textus, ex quibus se colligere autumabat aliquos homines ante Adamum fuisse; primum erat cap. 4. ver. 2. ubi dicitur: fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. Ex quibus sic discerebat. Si Abel erat Pastor; ergo custodiebat oves. A quibus autem custodiebat? A filiis? At si non erant nisi Adam, Eva, & Cain, quos fures timere poterat? A lupis, aliisque feris? At sibi ipsi potius, quam ovibus timendum fuisset. Si etiam Cain erat Agricola, cum arboribus multas alios supponat arborum instrumenta fabricantes, quas Cain nec solus absque plurimum adjuvatore exercere potuisset; necesse infertur, tunc plures artifices, & plures homines, qui ab Adamo, & Eva progeniti non fuissent, sed ex aliis Adamo, & Eva prioribus.

XVI. Secundum dicit illud Gen. 4. ver. 6. & 7. ubi Dominus ad Cain & Quare (inquit) iratus est? & cur concidit faciem tuam? Nonne si bene egit, recipit: si autem male, faciem in foribus peccatum aderit? Supponit ergo (ajebat Præadamiticus) Deus tunc adfuisse homines, a quibus possit Cain judicari, & fure præmium sperare, si peccatum timere; quod indicat in foribus: Judicia enim apud Orientales exerceri solebant in portis.

XVII. Tertium ferebat ex verbis Caini ad Deum eodem cap. 4. ver. 14. post paratum fratricidium dicens: Ecce egredior hodie a facie terra, & a facie tua abscondar: & ero vagus, & profugus in terra: omnis igitur qui inveniet me, occidet me. At non erant in Mundo, nisi Adam, & Eva parentes, a quibus timere poterat, non occideretur. Ergo erant alii homines, a quibus vellet a Judicibus merita pro fratriicidio pœna se penulendum formidabat.

Accedit, quod Josephus dicit, quod Cain acerbis undequaque lacrimis, & negotiis factis, sese magistrum illis ad facinorosam vitam effecit. At quinam erant illi socii? Fratres? At nullus legitur nisi Seth, qui certe in Caini crimine non consentit; quin cum eo commercium habuisse non legitur. Nepotes? Minus. Ad quid enim in mutuum periculum eos arnalet? Num ut domini sui fines extenderet? At quid in Mundo hominum vacuo illi elaufum erat? Erant ergo alii homines ex alia stirpe prognati, quos in socios vocare, & a quibus etiam timere poterat. Unde Dominus ver. 15. ne Cain occideretur, comminatur est poenam cucumem illum occidisset, dicens: Sed omnia, qui occiderit Cain scriptum punietur. Postquam Dominus Cain signum, ut non interficeretur cum civitate, qui invenisset eum.

XVIII. Quartum accipiebat ex his, quæ sequuntur ver. 17. Cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch. At quam uxorem accipere potuisset ex filiabus Adami, & ejus familia, cum nondum Adamo illa filia natus fuisset? Ergo eam accepterat ex filiabus Gentium, oriundam ex prima hominum conditione, quæ Genes. 1. narratur.

XIX. Quinto asserbat verba sequentia eodem ver. 17. ubi de Caino subditur: Et adfuerunt Civitates, & vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Henoch. Nimirum, ut distingueret eam ab aliis civitatibus Orientalis plage Eden. At quibus operariis, architectis, fabricis eam condidit? Quibus civibus habitandam tradidit, si alii non erant, quam ex familia Adæ? Rursus: alie Civitates, a quibus nomine eam distinguerat, quos incolas habebat? Non alios certe, quam ex aliis Gentibus ab aliis, quam ex Adamo, & Eva propagatis, & proinde Præadamitis. Hæc ex Genesi in Patrocinium sui commentum adhibebat Pereyus.

XX. His ergo sigillatim occurrentibus est. Verum prius observandum cum D. August. lib. 15. de Civit. Dei cap. 8. non omnes homines, quos Eva ex Adamo, & filii eorum genuerunt, esse a Moyse in Genesi numeratos, sed eos solos, qui ad ejus intentum erant; ex quibus scilicet post multa secula procreandus erat Abraham: alios autem ad hanc seriem non spectantes, vel profusus omisit, vel de tantum ratione indicasse, ut appareret, a serie, quam describit, alias series generationum in Mundo fuisse. Qui enim aliter exilimant, parum considerant (inquit S. Doct.) non omnes homines, qui tunc esse poterunt, scripturam Sacra hujus historia necesse habuisse nominare, sed eos solos, quos operis suscepti ratio postulabat. Propositum quippe scripturæ illius fuit, per quem Spiritus Sanctus id ageret, per Successiones certarum generationum ex uno homine propagatarum pervenire ad Abraham, ac deinde ex ejus semine ad populum Dei: itaque nec de altera societate hominum recurretur, quam terrenam dicimus Civitatem, quantum ei commemoranda satis esset, ut Civitas Dei etiam sua adversaria comparatione claresceret. Quamvis ergo filii Adam expresse nominentur solum Cain, Abel, & Seth, & nulla femina: cum tamen cap. 5. ver. 4. de illo dicitur, quod genuit filios, & filias, & vixerit annos nonagentos & triginta; quod filios & filias ipse, eorumque posteri generalis credendi sunt: Badem quoque ratione ex Cain, quem alterius Genes propagatorem credimus præter Enoch, quot ante quot post progenitos, de quibus nulla mentio fit, existimabimus? Cum Deus benedixisset Adamo, & Eve Genes. 1. ver. 28. dixerit: Crescite, & multiplicamini, & replere terram; & hac ratione vitam adeo longævam eis indul-

indulserit, fecunditatem quoque specialem eis indulgisse credendus est; ita ut exlimare Evam, aliaque ex ea genitas feminas, singulis annis eodem partu plures filios edidisse inversimiliter videri non possit: terra enim hominibus vacua replenda erat. His ergo pronotatis.

XXI. Ad primum dico, vel quod tempore, quo Cain agricolam agebat, & Abel pastorem, plures alii ex Adamo, & Eva geniti fratres, & nepotes eredi possunt. Vel quod custodia peccatorum, cui vacabat Abel, non habetur præcise ad arcendum fures, aut feras, fed ad oves continendas, ne disgregerent, ut pascua noxia evitent, ut in caulis reductantur, & ut ex eis lac prematur. Cain etiam statum operæ terrarum exercuisse credere par est: nec putandum id præcise tot instrumentis, & eo apparatu, quo modo fieri videmus, sed eo modo simplici, quo a parente Adamo Dei sententia ad id operis damnato, edocui fuerat: donec crescente hominum numero, & industria artes adinventæ, & in usum posita fuerunt. Quare ad hunc utum Præadamitas evocare, nec Abel, nec Cain necesse fuit.

XXII. Ad secundum dico, verba illa: faciem in foribus peccatum aderit, non indicare Judices filios contentiosos judicantes in portis; sed indicare peccato suo prælo futuram poenam; usum enim Scripturæ, & communi in foribus esse dicitur id, quod prælo, vel in proximo est. Sic Marc. 13. ver. 29. Christus dicit: Scitote, quod in proximo fit in oibis. Et S. Jacobus in Epistola sua cap. 5. ver. 9. loquens de Judicio Dei imminente his, qui ingemiscunt in fratrem, ait: Ecce Judex ante januam assistit. Hoc igitur indicare voluit Caino Dominus.

XXIII. Ad tertium dico, Cain horrore patris delicti, & conscientia stimulis agitatum, mortem in poenam ubi ab omnibus debant expavisse, si vea bellis, si vea parentibus, seu consanguineis ipsius. Ita S. Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 9. dicens: Sed a quo timebat occidi, qui solus parentem habebat in teris? Postulavit quidem & incursum bestiarum timere, qui legis divina jura violaverat, nec passurum de subditis animalibus carere; qui hominem duceret occidi, dicitur. Et parentes paritales timere, qui decemque paritales posse committi, dicitur. Et pariter de filio discere, quod illi non possent de parente. Porro multos eo tempore, quo Cain occidit, posse de fuisse ex familia Adami fratres Cain, filios, & nepotes, qui Orientalem plagam Eden incolabant, a quibus ob necem Abel indignatus timere poterat Cain ipse nec occideretur, sic ostendit. Cainus occidit Abelem circa annum mundi centesimum trigentesimum: tam hoc anno ut habetur Genes. 5. ver. 3. natus est Seth, Vixit autem Adam centum & triginta annos, & genuit ad imaginem, & similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth.

Cum autem Seth fuerit a Deo datus Adamo ad solatium mortis, quem Adam, & Eva ex necesse Abelis conceperunt, ut legitur libid. cap. 4. ver. 25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam: & peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Postulavit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain; credibile est eodem anno, quo occellus fuit Abel, conceptum fuisse Seth, & anno sequenti natum. Si enim post longum tempus a necesse Abelis natus fuisset Seth, hoc supposito credibile est, anno illo centesimo trigesimo ab Orbe, & Adamo condito, humanum genus ab Adamo per filios, & nepotes ad plura centena millia propagatum fuisse, quamvis hoc scribitur nec non referat; quia ut diximus ex Augustino, ad ejus intentum non erat: cum intra ducentos quinquedecim annos, quibus Hebræi, in Ægypto fuerat, usque ad sexcenta millia virorum militie armisque tractandis aptorum propagati sint, ut infra ex S. Augustino dicitur.

Nunc, si verum est, quod refert Josephus, in tanta hominum multitudine posuit Cain manum hominum Racinorum ad latrocinia congregare, ejusque ad hæc similia flagitia mugister fieri; & præcipue in filios Seth, aliosque qui in ejus nequitiam non consentiebant, eorum regiones excursionsibus devastando, & prædas asportando. Quamquam credibilis, & Sæcæ Scripturæ conformis est, quod Cain post fratrem eadem omnibus invidis, & signs ei a Deo imposito omnibus abominabilis, vagus, & profugus, ab aliis segregatus habitaverit; dicitur enim Gen. 4. ver. 16. Egrediusque Cain a facie Domini habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

XXIV. Ad quartum dico, uxorem Cain fuisse Adami filiam, foremque Cain, quod in illo humani generis exordia licebat, quoniam aliter propagari non poterat. Ita S. August. lib. 15. de Civit. Dei cap. 16. cui igitur (inquit) genus humanum post primam copulam viri facti ex pulvere, & conjugii ejus ex viri latere, mortuum, femininamque conjunctione ejus habere, ut progendo multiplicaretur; nec esset nisi homines, nisi qui ex illi viri datus nati fuissent, viri forent sine conjugio accepturum; quod profecto quanto est antiquius compellens necessitate, tanto postea factum est damnabilius Religione prohibente. Et S. Joann. Christofolomus: quia (inquit) initia erant, debetque augeri humanum genus, forent ut ducerent, concubarent.

XXV. Ad quintum respondeo, ex hæcenus dictis patere, fuisse tunc sufficientissimum hominum numerum ad Adamo descendendum pro condenda non una, sed pluribus Civitatibus. Audiendum propterea est D. Augustinus lib. 1. qu. in Genes. cap. 1. ubi sic ait: quomodo Cain poterit condere Civitatem, cum civitas alicui usque constitueretur hominum multitudinem: illi autem duo parentes, & duo filii fuisse referantur, quorum filiorum ab altero alteri occisus est; in cujus occisi locum alius natus est: quod profecto quanto est antiquius compellens necessitate, tanto postea factum est damnabilius Religione prohibente. Et S. Joann. Christofolomus: quia (inquit) initia erant, debetque augeri humanum genus, forent ut ducerent, concubarent.

quæ genuerunt, tandem vixisse, ut multos gignerent? Non enim Adam ipse eos solos genuit, quorum nomina leguntur, cum de illo Scriptura loquens, ita concludat, quod genuerit filios, & filias. Proinde cum multo pluribus illis vixerent annis, quam Israelita in Ægypto fuerunt, quis non videat, quam multis homines nasci poterunt, unde illa Civitas impleatur; si Hebræi multo minori tempore ita multiplicari poterunt?

XXVI. Quod si velimus, Cain edificasse illam Civitatem pro sua sola familia, filiis, ac nepotibus; cum enim omnia essent Cain suspecta, & metu plena, tum a bellis, tum ab hominibus voluerit habere Civitatem, ad quam homo profugus, & vagus posset aliquando divertere, adhuc ex sua familia postumus concipere potuisset illam implere, si cum D. Augustino lib. 15. de Civit. Dei cap. 8. dicamus, Henoch non fuisse Caini primogenitum, sed ante illum alios multos filios, filiasque genuisse. Nec illud (ita S. Augustinus citatus) nullum est argumentum, ut primogenitum parvi existimamus Henoch, quod ejus nomina Civitas illa nuncupata est. Non enim ab eo est, ut præpar aliquam causam, cum & alios haberet, diligeret eam pater ceteris amplius. Neque enim & Judas primogenitus fuit, a quo Judæa cognominata est, & Judæi. Neque etiam Henoch primogenitum fuisse evincunt illa verba: Et cognovit Cain uxorem suam, quæ concepit, & peperit. Nam (inquit S. August.) & de ipso patre omnium Adam non tunc solum hoc dictum est, quando conceptus est Cain, quem primogenitum videtur habuisse verum etiam posterioribus eodem Scripturæ; cognovit, inquit, Adam uxorem suam, quæ concepit, & peperit filium, & nominavit nomen illius Seth.

Vel si Henoch fuerit primogenitus Cain, non sequitur, istum post ipsum natum Civitatem condidisse, vel ab ipso ei nomen imposuisse. Prosequitur enim S. Doctus: Sed etiam si Conditori Civitatis illius ipse filius primus est natus; non ideo putandum est, tunc a patre condita Civitatis nomen ejus imposurum, quando natus est, quia nec constitit tunc ab uno patre Civitas, quæ nihil aliud est, quam hominum multitudine aliqua societate vinculo colligata: sed cum illius hominis familia tante numerositate creveret, ut haberet jam populi quantitatem, tunc parvis utique fieri, ut & constitueret, & nomen primogeniti sui constituta imponeret Civitati. Inde pergens ostendit, quomodo poterit hoc fieri. Nam cum homines tunc usque ad septingentos aliqui, alii ad nonagentos annos, & alia vitam protraherent; qui (inquit) dicitur, per unum hominem statim tantum multiplicari potuisse genus humanum, ut esset unde constitueretur non una, sed plurima civitates? Et hoc demonstrat exemplo: nam per solos quadringentos annos ab Abraham tanta numerositas generis procreata est, ut in exitu ejusdem populi ex Ægypto sexcenta millia hominum referantur bellicæ juventutis, ut ostendamus gentem illam non perituros ad populum Israel, quam genuit Isaac: & non perituros Abraham, & alios natos ex semine ipsius Abraham, non per Saram conjugem procreatas. Hæc non solum ad exsufflandam Præadamiticam fabulam, sed ad multa alia scitu necessaria sunt.

XXVII. Objiciebat secundo Apoll. Rom. 5. ver. 13. & 14. dicentem: Usque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset; sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri, sic. Peccatum erat ante legem, & ante Adamo prævaricatio, sed non ante legem Moysalem; non peccata ante istam commissam imputata fuerunt, ut constat in Adamo ipso, in Caino, in aliis, qui ob peccata puniti sunt ante Moysi legem; ergo hoc peccatum, quod non imputabatur, erat ante legem, & ante Adamo datam, & ante Adamum. Si ergo ante legem, & ante Adamum erat peccatum; erat quoque ante legem, & ante Adamum homines. Rursus: si regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ; ergo etiam illis imputata fuit Adæ prævaricatio, qui ab Adamo propagati non erant. Et sic cum Præadamitarum systemate componitur quod dixerat Paulus, nempe, quod per unum delictum peccatum, & mors in omnes pertransiit.

XXVIII. Huic argumento, quod speciem difficultatis præferebat, respondeo, Apostolum nomine Legis non sumere legem datam Adamo, sed legem Moysi, seu legem scriptam; usum enim Scripturæ, & maxime ipsius Pauli, nomine Legis non alia, quam lex Moysi, seu lex Scriptæ intelligitur. Quod autem additur: peccatum autem non imputabatur, non debet sic exponi, ut peccatum ante legem commisit nec imputaretur ad culpam, fere reatum, nec ad poenam; constat enim, ut advenit Pereyus, multos ante legem Moysi ob peccata a Deo punitos; sed qui non imputabatur, seu non ministrabatur, seu arguabatur poena statuta, & manifesta, maxime infensibile per homines, ut postea lege Moysæ præcipiente fieri coepit. Quia vero lex hoc modo demonstrat quidem exopt peccatum, illudque arguere, illud tamen seipsum tollere non poterat, nisi accederet gratia per Christum; ideo dicit, quod regnavit peccatum usque ad legem, id est toto tempore legis regnum peccati continuavit; non illis solum, qui propria voluntate transgressores peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ; qui præceptum Dei propria & libera voluntate transgressores est; verum etiam illi, qui non propria actu, sed contagione originis ab Adamo peccaverunt.

XXIX. Ita Pauli præfata verba exponit S. August. Epist. 157. alias 89. ad Hilarium nu. 18. & 19. Utique enim (inquit) ante legem peccatum in mundo fuit, peccatum autem non deputabatur (id est, peccatum esse non putabatur, ut ait lib. 1. de

Peccat. meriti. & remiss. cap. 10.) cum lex non esset, quia lex non erat, qua argueret demonstraretur, sive lex rationi in parvo, sive lex litterae in populo. Sed regnavit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen, quia nec lex data per Moysen potuit regnum mortis auferre, quod sola Christi ablutit gratia. Et lib. 6. contra Julian. cap. 4. Erat (inquit) peccatum, sed non deputabatur, quia non cognoscatur. Per legem enim, sicut in alio loco dicit (Rom. 3.20.) cognita peccati. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, quia nec per Moysen, idest nec per legem regnum ejus ablatum est: regnavit autem, & in his, qui non peccaverunt. Quare igitur si non peccaverunt? Aut quare in similitudinem, inquit, peccatorum? Ad, qui est forma facti. Dicit enim se formam hominis habere, quomodo peccati, propterea non habentibus; ut peccati parenti contagio inveniatur, qui per sui carnalem concupiscentiam signaverunt. Hac Augustinus.

XXX. Obiciebat tertio monumenta Chaldaeorum, Aegyptiorum, Sinarum, & aliarum Gentium, quae multa annorum millia supra Adam numerant.

Sed non advertit prodigiosus fabulator, ejusmodi Orientalium nationum annalis infinitis sceleribus, erroribus, contradictionibus in annorum supputatione, & aliis, quae ea profus incredibilia reddunt. Eas propterea recepit, & tamquam mendacissimas refutat S. Augustinus. lib. 12. de Civit. Dei cap. 10. videndum. Veritas ergo Divinae historiae humanae, ac profanis, atque ideo inter se repugnantibus praefertenda est. Cui enim (cum Augustinus loquitur lib. 18. de Civit. Dei cap. 40.) melius narrandi praeterea credimus, quam qui etiam futura praedixit, quae praesentia jam videmus? Nam & ipsa historiarum inter se discordantia copiam nobis praebet, ut ei potius credere debeamus, qui futura quae venimus non repugnat historia. Porro auctores cives impia Civitate dissisi usquequaque per terras, cum legunt Antiquissimos homines, quorum nullius conveniendum videretur auctoritas, inter se rabiosae gestis ab aetate nostra memoria remotissimis disceptant, cui potius credere debeamus, non inveniunt. Nos vero in nostra Religione historiae soliti auctoritate divina, quidquid ei resistit non adhibemus esse falsissimum, quomodo illi sese habeant cetera, in secularibus litteris, quae seu vera, seu falsa sint, nihil momenti afferunt, nisi recte, beatissime vivamus: Et haec plus aequo forte dicta sufficiant de Praedamitarum fabula.

QUESTIO II.

De Paradiso Terrestri.

Questio haec a presenti nostro instituto agendi de hominis aliena non est, sed circumstantiam conditionis, ac primi hominis status attingit. Legimus enim in Genesi cap. 2. quod Deus hominem condidit tult, & in hoc Paradiso voluptatis posuit, ut operaretur, & custodiret illum; & esset ei felicitis habitatio locus. si praecipuum ei impositum de non comendo de fructu ligni ejusdam servasset. Verum cum serpentis suggestionem mulier, ac demum ipse voluisset, ambo, praeter innumera mala, quibus una cum suis Posteris obnoxii fieri sunt, ut legitur cap. 3. e Paradiso ejecti fuerunt. Propterea etiam D. Thomas 1. par. qu. 102. postquam cepit de homine, conditione ejus, ac primo statu, de hoc Paradiso agit. De hoc multis, & aequi fere inextinguibiles excitant difficultates Recentiorum, aliqui de quibus nihil nisi opinando, & quasi dividendo dici potest. Nos, ea quae Candidato nostro necessaria judicabimus, exponemus.

DUBIUM I.

An Paradisus fuerit aliquis locus corporeus, & specialis?

S. I.

Resolutio prima partis, quod sit locus corporeus.

I. Dico primo. Paradisus Terrestis, qui describitur in Genesi, fuit locus corporeus. Est assertio fide certa. Antequam tamen eam probem, suppono, Paradisum aliquando sumi pro statu, & loco vere ac spiritalis beatitudinis, ut Luce 23. ver. 43. Hodie mecum eris in Paradiso, idest in beatitudine animae, ut in Tract. de visione Dei exposuimus; & Apoc. cap. 2. ver. 7. Vincenti dabo edere de ligno vitae, quod est in Paradiso Dei mei: ubi de ligno vitae aeterna per Christum, & de aeterna beatitudine sermo est. Paradisus tamen proprie, & ex vi significationis nominis sumitur pro horto insigni, amano, & ad delectandum composito; nomen enim grecum Paradisus, redditur Hortus; & in hoc sensu sumimus modum Paradisum.

II. Probatur primo ratione Div. Thom. 1. par. qu. 102. art. 1. Ea, quae de Paradiso in Scriptura dicuntur per modum narrationis historicae proponuntur; sed in omnibus, quae sic Scriptura tradit, est pro fundamento tenenda veritas historiae; ergo Paradisus terrestris locus corporeus est, qualem eum Scriptura describit.

III. Confirmatur. Omnia, quae de Paradiso terrestris in Scriptura dicuntur, tamquam de loco corporeali dicta proponuntur: dicitur enim Genes. 2. ver. 8. Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio; plantati autem proprie est rei corporeae. Additur, quod in eo posuit hominem, quem formaverat: homini autem in vita corporali adhuc degenti locus corporeus convenit. Subditur Gen. 15. quod eum ibi posuit, ut operaretur, & custodiret illum: dicitur confitens suis

se arboribus pulchris visu, & ad gustandum suavis describuntur flumina ex illo egredientia, lapides pretiosi, & aurum, quae in eo nascuntur. Quid ergo illi deerat, ut locus corporealis fuisse crederetur?

IV. Probatur secundo. Quotquot Paradisi hujus descriptionem, repudiato sensu historico, & literali, ad spiritaliter, unice decurserunt; quovis saeculo reprehensi sunt: quapropter ab omnibus fere Patribus cultatur Origenes, quod Paradisi descriptionem ad sensum allegoricum traxerit. Unde S. Epiphanius in Ancorato nu. 54. Ad eundem (inquit) plerique de Paradiso allegorice disputant: atque inter ceteros fuisse Origenes adumbratum nescio quam speciem pro veritate in Mundum inveniit. Sic enim dicitur: non est Paradisus in terra. Quem errorem fide refellit nu. 55. Quod si nescimus quid sit terra Paradisus, neque vera sunt, quae in Genesi continentur, sed allegorice dicuntur; nihil detinetur consensum, ac veritatem consensum erit, sed ad allegoriam universa transferentur. Cum ergo caetera, quae in Genesi de creatione Caeli, & terrae, de productione Solis, Lunae, aëstorum, plantarum, animalium, non allegorice, sed ad historiam veritatem accipiuntur; neque allegorice Paradisum accipiendum est.

V. S. Hieronymus epist. 61. modo 38. ad Pamachium, inter errores, quos in libro Periarchon, alicujus Origenes deprehendit, quintum hunc refert, quod sit Paradisum allegorice; ut si hinc auctor veritatem, pro arboribus Angelos, pro fluminibus virtutes Caelestes intelligere, totamque Paradisi descriptionem allegorice interpretari solent. Et in cap. 10. Danielis; eorum (ait) deliramenta consistant, qui viderunt, & imaginem in veritate quærentes, ipsam conatur evertere veritatem, ut flumina, & arbores, & Paradisum pueri allegorice legibus se habere solent.

Sancus Augustinus elo. ut infra dicemus, Paradisum spiritaliter multis modis intelligi posse concedit lib. 13. de Civitate Dei cap. 21. Dum enim (inquit) & illius historiae veritas fidelissima rerum gestarum narratione communitata traditur, quod docet etiam lib. 8. de Genesi ad litter. cap. 1. unde lib. de Haer. cap. 59. inter alios Seleucianorum, & Hermianorum errores hunc ponit, quod veritas etiam esset Paradisum. In idem commentum ceteri Patres, etiam Graeci, inter quos Chrysostomus hom. 13. in Genes. Theodoritus Interrogat. 25. in Genes. alique.

VI. Et merito quidem. Peto enim: narratio, quam sicut Moyses de peccato Adami, & Eve, in sensu literali, & proprio accipienda est an allegorice? Si in sensu proprio; ergo, dicam, in sensu proprio sumenda etiam erit narratio de Paradiso, in qua peccatum. Probo. Nam sicut dicitur cap. 2. ver. 9. de Paradiso: Produxitque Dominus Deus de humo vine lignum pulchrum visu, & ad vescendum suavitatis lignum etiam vine in medio Paradisi in cap. 3. ver. 6. legitur: vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuque delectabile, & tunc de fructu illius, & comedit: ubi in utroque contextu fit mentio de visu, & gustu, quae sunt actiones corporeae. Quomodo igitur Eva vidit arborem, quomodo manu tulit, quomodo comedit in sensu proprio, si ibi non erant arbores, & fructus nisi spirituales, & allegorice? Allegorice, igitur etiam credendum est illa extensio manus ad fructum, illa sumptio, illa comeditio, & sic omnia, quae de peccato primum parentum creditur Ecclesia, fabulosa erunt, & falsa. Et ut ait S. Epiphanius laudato loco in Ancorato. Si non est Paradisus, fructusque, non est sensus, non forma, non comedit: Ergo sed jam fabula est.

VII. Dices primo. Moyses narratio plura complectitur, quae nonnisi metaphorice possunt intelligi, puta ambulatio Dei in Paradiso post meridiem; ergo pari ratione metaphorice intelligenda sunt ea, quae de ipso Paradiso narrat. Respondeo, vocem illam, & deambulationem fuisse Angeli in forma humana nomine Dei loquentis, & ambulantis; unde fuit vox, & deambulatio vera, & sensibilis. Vel dico, quod cum certum sit contra Anthropomorphitas, Deum non habere corpus humanum; absque gravi absurdo non possemus illam Dei vocem, & deambulationem literaliter intelligere. At si intelligamus literaliter, quae de Paradiso dicuntur, non solum non sequitur absurdum, immo multa frequentur, si literaliter ea non sumeremus, ut jam dixi.

VIII. Dices secundo. Paradisus, in quem anima Christi in triduo mortis se recepit, de quo Lactonius ponentius Luce 23. v. 43. dixit: Hodie mecum eris in Paradiso, fuit Paradisus terrestris: sed hic erat Paradisus spiritalis, non corporeus, quia animam spirituales dedebat Paradisus corporeus; et ergo &c.

Respondeo, nego maj. Paradisus enim, quo anima Christi fruebatur, & qui postulat fuit a Latrone, & promissus fuit a Christo, erat Regnum suum, quod saepe promiserat, seu aeterna beatitudo: & proinde non Paradisus terrestris, de quo Christus nunquam locutus fuerat.

IX. Dices tertio. Inter Paradisi arbores recensetur lignum vitae: sed lignum vitae est aliquid spirituale: dicitur enim Prov. 3. v. 18. de Sapientia, quod lignum vitae est his, qui apprehendant eam. Et Apocal. 2. v. 7. Vincenti dabo edere de ligno vitae, quod est in Paradiso Dei mei; ergo &c.

Respondeo ex D. Thom. 1. par. qu. 102. art. 1. ad 4. neg. min. Lignum enim vitae est quaedam materialis arbor, sic dicitur, quia ejus fructus habebat virtutem conferendi vitam. & tamen significabat aliquid spirituale: sicut & Pater in deserto fuit aliquid materialis: & tamen significavit Christum. Similiter etiam lignum scientiae boni, & mali materialis arbor fuit, sic nominata propter eorum futurum; quia post ejus sumum homo per experimentum pena didicit, quid interesset inter

abditate bonum, & inobediencia malum: & tamen spirituales prae se habebat liberos arborum, ut quidam dicunt.

X. Dico secundo. Super Paradisum, terrarum, est corporeum, multae spiritalis intelligentiae fabricari possunt. Ita S. Thom. hoc art. 1. citato assertens S. Augustinum, tam lib. 8. super Gen. ad litter. cap. 1. dicens: Tres sunt de Paradiso generaliter sententiae. Una eorum, qui tantummodo corporaliter Paradisum intelligi volunt; alia eorum, qui spirituales tantum: tertia eorum, qui utroque modo Paradisum accipiunt, quam mihi fateri placere sententiam. Tum lib. 13. de Civit. Dei cap. 21. ubi quoque (inquit) commode dici possunt de intelligentiis spiritaliter Paradisum, homines prohibent dicuntur; dum tamen & illius historiae fidelissimum veritas rerum gestarum narratione commendata dicitur. Ex quibus statim S. Thomas: Ea quae de Paradiso in Scriptura dicuntur, per modum narrationis historicae proponuntur. In omnibus autem, quae sic Scriptura tradit, est pro fundamento tenenda veritas historiae, & de super spirituales expositiones fabricanda.

XI. Quenam autem sint spirituales expositiones, quae supra veritatem historiae de Paradiso possunt fabricari, assignat S. Augustinus. lib. 13. de Civit. Dei cap. 21. citato, sic. Nemo itaque prohibet intelligere Paradisum, vitam Beatorum; quatuor ejus flumina, quatuor virtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, quae iustitiam: ac ligna ejus omnes utiles disciplinas, & lignorum fructus, mores Plurium; & lignum vitae, ipsam bonorum omnium matrem sapientiam; & lignum scientiae boni, & mali, transgressi mandati experimentum. Post sunt haec etiam in Ecclesia intelligi, ut eo melius accipimus, tamquam prophetica indicia praecedentia futurorum. Paradisum scilicet ipsam Ecclesiam, sicut de illa legitur in Cantica Cantuarum (4. ver. 12.) quatuor autem Paradisi flumina, quatuor Evangelia; ligna fructifera, Sanctos; fructus autem eorum, opera eorum; lignum vitae Sanctum Sanctorum, utique Christum; lignum scientiae boni & mali, proprium voluntatis arbitrium. Haec D. Augustinus.

S. II.

Resolutio secunda partis, quod sit locus specialis.

XII. Dico tertio. Paradisus terrestris fuit locus aliquis specialis, in certa quadam Orbis regione constitutus, & non tota terra, seu totus Orbis. Contrarium tenent aliqui Recentiores, inter quos citatus Pineda lib. 1. Monarchia Eccles. cap. 6. & Abrahamus Ortelius in tabula sacra Geographia, volentes, Paradisum, quem describit Moyses, esse hunc terrarum Orbem in sua conditionis initio omni pulchritudine, fertilitate, amantate, ac delictis exuberantem; fontem vero, qui Paradisum irrigabat, esse Oceanum, quem Homerus, & plerique Philosophorum fluvium omnium parentem, & fontem omnium maximum, appellaverunt. Mitto Thalmudistas, qui (ut refert Flavius lib. de Paradiso terresti in praefatione) nullum incipienti finem scientes, sexaginta vicibus universa terra majorem eum sciunt.

XIII. Probatur autem nostri Afferri veritas ex ipsa Moisaica narratione, qua constat primo, Paradisum in Oriente fuisse plantatum; sed tota terra, nempe ad Orientem, sed & ad Occasum, Aequilone, & Meridie protrahitur; ergo &c.

Secundo. Genes. 2. ver. 15. dicitur, quod tulit Deus hominem, quem formaverat, & posuit eum in Paradiso voluptatis; ergo aderat alia terra extra Paradisum, in qua hominem formavit, & ex ea eum in Paradisum transtulit.

Tertio. Cap. 3. ver. 23. & 24. In penam peccati emisit, ac eiecit Adarqum, & Evam de Paradiso, constituitque Cherubim Paradisi eundem, ut Adamum, ejusque Posterum ab ingressu Paradisi arceret. At sicut non est verosimile, Deum erepsit Adamum extra hunc Orbem, ut postea eum in hunc deportaret: ita credibile non est, quod eum eiecerit de tota terra, & Orbe toto. Nam in hoc Mundo Adam vixit, & mortuus, ac sepultus fuisse certum est; nec est probabile, Deum posuisse Cherubim ad custodiendum totum hunc terrarum Orbem, ne Adam ejusque Posterum in illum irrumperent: ergo &c.

XIV. Sed dices primo. Primis hominibus ante peccatum dixit Deus Gen. 1. ver. 28. Crescite, & multiplicamini, & replite terram; ergo tota terra erat Paradisus; non enim est credibile, homines, si non peccassent, habituros extra Paradisum.

Respondeo, negando conf. Verisimilium enim est, quod, esset Adam in originali iustitia stetit, ipse, ejusque Posterum intra solius Paradisi angustias non se se continuissent, sed terram quoque extra Paradisum incoluissent, quae tota illis Paradisi instar amantate, fertilitate, ac delictis fuisset: & quam absque labore, & sudore coluissent. Solum enim post peccatum homini dictum fuit Gen. 3. ver. 18. & 19. Maledicta terra in opere tuo... spinas, & tribulas germinabit tibi... in sudore vultus tui vesceris pane. Hoc autem mihi persuadeo. Tum quia cum tunc homines fuissent iuxta Dei benedictionem in modum multiplicati, & quia a morte exempti, ut diutissime in hoc Mundo permansissent, unius Paradisi ambitum, quamvis spatiosissimum, omnium capax non fuisset. Tum quia in textu allato Genes. 1. ver. 28. terra Deus hominibus statim conditis concedit, fide indicit. Primum, ut multiplicentur, & replent terram, eamque subsistant: multiplicamini, & replent terram, & subsistite eam. Secundum, ut dominentur omnibus animalibus; & dominantur piscibus maris, & volatilibus Caeli, & universis animantibus, quae moventur super terram. Tertium, ut in eam affunderent fructus omnium arborum, omnemque herbam, quae per universum Orbem ger-

minabat: Ego dedi vobis omnem herbam afferentem sementem super terram. Quibus liquet, homines a Deo creatos, ut esset agricola, non inius tantum Paradisi, sed etiam totius terrarum Orbis; etsi in innocencia stetit. Nec tamen totum terrarum Orbem fuisse Paradisum, quem Moyses describit, constat jam ob rationes allatas, quia Deus ibi loquitur de universa terra, ut a loco voluptatis distincta.

XV. Sed dices secundo. Cur creavit Deus hunc Paradisum specialem, si praescribat hominem peccaturum, & ab eo ejiciendum?

Rerorque instantiam. Cur creavit Deus Paradisum totum terrarum Orbem, si praescribat, hominem per peccatum ab eo expellendum, vel homini in deserto commutandum? Dicamus ergo omnes cum D. Thoma hac qu. 102. art. 2. ad 2. convenientissime Paradisi delicias, homini; quem praescribat esse casurum, praeparasse, sicut ei immortalitatem donavit, quam praescribat esse amissurum; & ut ante peccatum haberet locum illi felici statui convenientem; & ut post peccatum Adam, & Posterum recordarentur boni, quod amiserant, & majori odio profunderentur peccatum, quod tanta jactura causa fuit. Quidquid sit an Henoch, & Elias illic translati, ibi adhuc morantur. Nos propter hoc (inquit S. Thom. laudato loco) locus est frustrus, quia non est ibi hominum habitatio post peccatum: sicut etiam non frustrus fuit hominum habitatio immortalitas quaedam quam conservaturus non erat. Per insuperabili enim esset dicitur benignitas Dei ad hominem, & quid homo peccato amiserit. Quomodo (ut dicitur) nunc Henoch, & Elias in illo Paradiso habitent. Ita S. Thom. Sed hoc postremo infra agetur.

XVI. Dices tertio. Paradisus creditur productus tertia die, quando producta sunt arbores, & plantae: sed tunc nullus specialis loci facta productio legitur; quod enim Genes. 2. ver. 8. dicitur: Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio, non est nova productio, fed recapitulatio eorum, quae tertio die producta fuerant, quod indicant illa verba plantaverat, & a principio; ergo Paradisus erat universa terra ante peccatum.

XVII. Atergo, Paradisum fuisse productum tertio die, quando terra arboribus, & plantis fuit ornata; hoc enim & S. Thom. hac qu. 102. art. 1. ad 5. statuit. Sed hoc non tollit, quin Deus, una cum generali arborum, plantarumque per totam terram productione, hortum illum (specialibus plantis, & amantate donatum produxerit, qui primis parentibus locus congruus esset. Et haec forte ratione Moyses illum, quamvis cum aliis tertia die fabricatum, separata narratione descripsit, sicut res speciales describi solent.

XVIII. Praeterea non possum, aliquos Criticos imponere D. Hieronymo, quod iudicis fabulis nimium indulgens, lib. de errat. Hebraicis scripserit: quod possignam Caelum, & terram Deus faceret, & Paradisum ante condiderat. Sed adverteat debulifent; S. Hieronymus ibi agens de traditionibus Hebraicis, & scribens ea, quae apud Judaeos potius venduntur, quam quae ipse sentiat. Ita S. Hieronymus vendicant Sallianus in Epistola Annal. Ter. Testam. dicens: Dicitur autem Hieronymus, quod Ebraeorum sententia, quorum ibi traditiones scribit, locutus est. Et Janfenius in cap. 2. Gen. ver. 8. A principio (inquit) non ante terram conditam, ut Judaei ex lib. 4. Esdra cap. 3. ver. 6. fabulantur, & Hieronymus in traditionibus Hebraicis dicit esse verissimum, scilicet ex Judaeorum sensu, sed a principio, hoc est multo ante septimum diem, quibus patet: quod, esto dicitur Paradisus plantatus a principio, adhuc tamen salvatur, quod fuerit productus tertia die; quia quando productus fuit, nondum erant opera Dei consummata, & perfecta, ut contigit die septima. Dicit etiam potest, ly a principio non designare principium temporis, sed loci; quia Eden ubi erat Paradisus, est in initio, idest in Oriente, qui inde incipit ortus Solis, & dies.

XIX. Dices quarto. Damascenus lib. 2. de Fide cap. 9. dicit, fluvium illum, qui egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, & qui deinde dividebatur in quatuor capita; alium non esse, quam Oceanum; est autem (inquit) Oceanus vultus amnes quidam terram universam circumferens (de quo nihil Scripturae alius liquet videtur, cum ait: fluvius egrediebatur e Paradiso) dicitur ut paradisi aquam habens... ite in super in quatuor principia, seu in quatuor flumina dividitur &c.

XX. At hoc, quod opinando potius, quam asserendo Damascenus dicit, cum opposita sententia coherere non potest. Quia fluvius ille egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum: sed Oceanus non egreditur de hoc terrarum Orbe, cum potius, ut ait Damascenus, totam universam terram cingat; ergo &c. Deinde Fluvius ille dividebatur in quatuor tantum capita; Oceanus autem non solum in quatuor, immo & in omnia flumina effunditur, ac in vasis gurgites, & marium tractus. Et Oceanus potius dicitur in phrafi Scripturae congregationes aquarum, quae ab eadem appellantur Maria, non Fluvius. (Genes. 1. ver. 10.)

Quidquid tamen sit: Damascenus Paradisum non extendit ad universam terram. Nam lib. 2. de Fide cap. 11. eum expresse collocat in Oriente, loco omni terra sublimiori, omnibus doctis ad pulchritudinem, & delicias instructo, & addit: in quo nullum rationis experta animal versabatur. Certum autem est in universa haec terra fuisse etiam animalia rationis expertia, bestias scilicet, quas Deus produxerat. Censuit ergo Damascenus, locum Paradisi fuisse locum specialem, non totum hunc terrarum Orbem, quem modo habitamus; qui post peccatum amantatem deperdidit.